deficientibus incidentibus. Quid differt spa-
smosus a tremoso pulsu. quoniam quidem in spasmo-
so tenditur ad instar corde tense. In tremoso
non transfertur in dextra et sinistra. Quoniam
sunt fluctuantes pulsus: et habundantia
accenti humoris in fundentis corpus arterie.

Explicit liber Philareti de pulsibus;

Incipit liber tegni Galieni.

TRes sunt omnes doctrine que ordine habentur.
Prima quidem est que ex finis notione que fit secundum dissolutionem.
Secunda vero ex compositione secundum resolutionem inventorum.
Tercia vero ex termini dissolutione secundum quam nunc
instituimus. Incipere autem licet huius doctrine non solum
a termini dissolutione. sed et a compositione ut quidam
alii nominaverunt. aut resolutione. aut diffini-
tione. ut alii quidam aut explicatione. aut
expositione ut alii. Conati sunt igitur quidam ero-
filorum huius facere doctrinam quemadmodum et atenodorus
encheus. Conati sunt etiam et secundum compositionem et ipsi
erofili et quidam heraclistaconi et athen-
ensis athaleus. Nullus tamen ante nos scrip-
sit eam que ex finis notione incipit. Ergo omnes ar-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1089/0131

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG